Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Quaestio 3tia

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

Arguitur 6to. conscientia dicitur scire, iuxta illud Eccl. 7: Scit enim conscientia tua, quia et tu crebro male dixisti aliis. Et passim ita loquimur: conscientia hoc dictat, ... Ergo conscientia est ipsum scire, dictare, sive dictamen actuale et non quoddam huius principium, adeoque habitus vel potentia illectiva.

Respondeo. Sensum istarum propositionum non transitivum, sed intransitivum esse, ut loquuntur theologi; id est, conscientiam non esse causam activam scientiae, testimonii, dictaminis etc. sed esse ipsum scire, dictare vel dictamen etc. quo simili sensu dicimus hoc vel illud cogitatio mihi suggerit, non quod suggestio a cogitatione, tamquam activo principio procedat, sed quod ipsa suggestio essentialiter sit cogitatio. Quaeritur 3tio, utrum actus moralis, ut sit bonus, possit et debeat conformari conscientiae erranti.

Quaestio 3tia.

Utrum actus moralis, ut sit bonus, poſsit & debeat conformari conscientiae erranti.

Supponendum est, quod ut actus bonus debeat esse conformis rationi; quia actus non potest conformari obiecto honesto, nisi etiam conformetur rectae rationi, honestum obiectum proponenti. Nec refert, quod actus dicatur habere suam bonitatem ab obiecto et extrinsece non a conscientia: Quia actus habet quidem suam bonitatem ab obiecto intrinsece et a priori; argumentive tamen et a posteriori habet etiam a conscientia: hoc ipso enim, quod actus sit conformis rectae rationi, tamquam regulae proximae, sequitur argumentive, quod actus sit conformis honesto obiecto, adeoque bonus esse infertur ex rectitudine huius regulae, tamquam a posteriori. Restat ergo solum hic examinare, quid sentiendum sit de conscientia erronea. Et an conscientiae erranti actus non debeat conformari.

Conclusio 1ma: Agere contra conscientiam sive vincibiliter, sive invincibiliter errantem nunquam est licitum. ita communiter Theologi & Summistae.

Probatur: quia actuale judicium rationis est proxima regula voluntatis; ergo si voluntas quando nunquam deficiat ab actuali judicio erit mala. Probatur consequentia.

Licet enim habeamus legem humanam, divinam, naturalem &c. quae sit remota quaedam regula morum communium, haec tamen propior & immediatior regula est ratio; quippe quae per dictamen suum immediate ipsi proponit voluntati id, quod lex divina, humana & naturalis fieri praecipit; ergo si discedat ab illius dictamine, non facit suum officium, & se exponit se periculo errandi, & consequenter peccat.

Conclusio 2da. voluntas discordans a conscientia errante in peccat peccato speciali diversae speciei, aut gravitatis ab eo, quod apprehenditur, licet unius speciei esse probabiliter ab opposito [illegible] sed, per se loquendo, nunc mortale nunc veniale committit, tamen, est alterius speciei peccatum alterius

gravitate aut levitate moris, sive objecti, quod conscientia falso judicat esse praeceptum aut vetitum. Ita

Ratio 1mae partis est: quia cum objectum tribuat actui speciem, in praesenti, ubi est in re ipsa, licet objectum & nunc voluntati a ratione proponitur; si tamen, ubi ratione erronea judicante committatur peccatum intemperantiae, judicante nunquam prandere in Ascensionis dominicae [illegible] jejunium, si violet.

Si vero conscientia errans dictat esse peccatum veniale sinistra manu aqua lustrali se aspergere, id agere erit solum veniale.

Similiter dicendum de gradibus; quia si quis audiens furari [illegible] obolum, quod per se est objectum leve, fiat peccatum mortale; at si conscientia, sive vincibiliter sive invincibiliter judicat esse peccatum mortale, levare festucam, levando peccabit mortaliter, & econtra, si conscientia, vincibiliter errans, aliquid esse veniale tantum, quod alioqui, & in se est mortale, peccabit mortaliter, si actus dictus in illud feratur: secus si invincibiliter errans ita judicet, quia invincibilis ignorantia tollit voluntarium, nisi tamen si sit vincibiliter tangatur.

Quaeres an sit mortale vel veniale, si quis a conscientia dictante fecerit
tam confuse cogitat esse malum, non distinguendo an mortale sive veniale
sit.
R. primo aliqui Navarrus, Lopez &c. existimant operationem contra
eiusmodi dictamen exercitam fore tantum peccatum veniale, eo quod in
conscientiis malitia gravis, quae malle quod in genere duntaxat aliquid
judicat: attamen vero similius videtur affirmative esse mortale.
ita Azorius, Sanchez &c.
Ratio est: quia tale absque praecedente examine de gravitate cognoscenda culpae
voluntas operans obiicit se periculo peccandi mortifere.
R. 2do si conscientia errans dictet, esse quidem mortale, aut veniale, non
definite tamen non exponendo certam peccati speciem, talem actum esse quidem contrarium
ad virtutem certae speciei habitum vitiosum efficere, esse tantum speciale peccatum
ex speciali difformitate contra synteresim, quemadmodum vere supra
tract. 2. sect. 3. §. 3. dictum est, actum quoque generatim vult recte &
honeste agere esse actum speciei ex eadem synteresi promanantem,
quamvis moralem fere semper offerat certa peccati species.

Conclusio 3tia: Actus voluntatis conformis conscientiae invin-
cibiliter erranti semper inhonestus et malus est per se loquendo. sic Thes. Bestorly.
Ratio est: quia & obiectum talis conscientiae malum est, & ignorantia non excusat
culpabilis: alias Judaei Christum crucifixi qui exciperent, eo quidem ignorarunt
esse ibidem Christum juxta ad Corinth. 2do. si cognovissent, nunquam Dominum
gloriae crucifixissent.
Dicitur rursum per se loquendo, qua ratione nam ex accidens contingit,
ut voluntas, erranti conscientiae concordans, non peccet, quod tunc fieri potest, quando
obiectum de se indifferens est, & liberum, v. g. si conscientia dictet, ambulationem
sub mortali vetitam, aut sacrum hic praeceptum esse: tunc n.
non peccabis omittendo ambulationem, vel audiendo sacrum, qua erroneitate
consensus in eam partem sit, ubi nec peccatum nec peccati speciale subest.
Sanchez.

Conclusio 4.ta Actus volitis conformis consc.tiæ invincibiliter erranti simpl. e morale bonus. Becanus cita. n.o 200, Arriaga cum communi. Prob. q. quia actus volitis censetur bonus, qdo appetit veram rationem honestatis; sed in hoc casu proponit itellectus veram rationem honestatis, volitioni appetendam, ergo actus talis volitis erit bonus. Nec refert, qd itellectus illam rationem honestatis obiecto inhabili et absurdo applicet: quia hoc applicatio male facta solum denotat errorem in itellectum, et quidem inculpabilem, non in volitione.

Dices. Omnis actus, moralis bonus et honestus, oportet ut conformis sit rectæ rationi, quod e actus sive judicium prudentiæ evidens; atqui judicium consc.tiæ at invincibiliter errantis n. e recta ratio, multo minus judicium prudentiæ evidens, sive, qd idem e evidenter verum, ergo.

R. concessa majore nego mi. qd intelligas, adverte, consc.tiam invincibiliter errantem involvere duplex judicium, unum directe, sive in recto, videl. practicum judicium prudentiæ de uno obiecto. Alterum indirecte, sive in obliquo, judicium annexum speculativum de alio obiecto falso. Jam igitur honestas ex hac parte dictatur consc.tiæ errans (: quantumvis inculpabile :) attamen ex parte actualis judicij practici e ratio recta, et actus prudentiæ, non secus ac consc.tia recta, a qua proinde solum differt accidentaliter, quod illa habeat errorem speculativum, quamvis inculpabilem, hæc autem tam speculativi quam practici erroris sit expers. Becanus citat. q. 5. n. 6. et q. vasq. ex arle 1. Eth. c. 2. et S. Ths. 1. 2. q. 5. a. 5. ad 3.um.

Ex hac conclusione deducitur

1.mo Si quidem licitum n. e, ut quis alteri suadeat actum, ex invincibili errore solum honestum, eo qd obiectum eius in se turpe sit. Navarrus, canone 84 de pœnitentia distinctione 5. Sotus.

2.do Si audens licere suaderi posse ad majus malum evitandum, E. g. videt confessarius matrimonium esse nullum, qd conjuges invincibiliter ignorant,

requirant sine scandalo separari, tunc ambo laudabiliter possunt, ac debent continere, ut mutuo debitum reddant. Henriquez et alij.

3tio Superiori aliquid praecipienti, quod subditus invincibiliter putat illicitum, non est obediendum, quia Deo magis oportet obedire, quam hominibus. Aliter, quando non certo constat legem divinam, ut patet ex Innocentio III. in cap. inquisitioni de sent. excom. ubi docetur: quod si quis sciat se habere impedimentum dirimens matrimonij, quod tamen in foro externo probare non potest, debet a judice jussus uxori debitum reddere, non parendum judicio, sed conscientiae magis obligandi. ... ita et tunc quam auctoritatem superioris fuit error invincibilis et deponendus.

4to opus factum ex invincibili errore conscientiae judicantis esse bonum, quod re ipsa malum est, non solum excusare a peccato, sed etiam esse bonum ac honestum cujusvis honestae, sub cujus formali motivo apprehensum exercetur. V.g. Josue ratus, se obligatum jurejurando Gabaonitis praestito, exercuit actum religionis. Josepho quoque Aegyptio v. g. ... arbitrato licitum mentiri pro infantium vita, exercuerunt actus caritatis naturalis.
Alia v. g. esse non virtutem supernaturalem, quae requirunt honestatem objecti, non solum existimatam, sed re ipsa [illegible]: nam sicut Lutheranus certo et infallibiliter judicat lutheranam religionem esse veram, tenetur quidem retinere, sed illi credendo non exercebit fidem divinam, quia requirit objectum re ipsa verum, et a Deo revelatum.

Conclusio 5ta Conscientia invincibiliter errans obligat voluntatem negative solum, ita videlicet: ut teneatur non facere contra ipsius dictamen, non autem obligat positive, ita videlicet: ut teneatur facere quod dictat: conscientia vero invincibiliter errans, obligat voluntatem utroque modo. Ita Vasquez disp. 60. c. 2. n. 4. et
Quidam in re ipsa diligunt isti auctores, qui cum Durando dicunt, invincibilem conscientiam habere quidem vim ligandi, sed non obligandi: invincibilem vero ligandi et obligandi.

1ma pars patet ex 1ma conclusione. 2da pars constat ex 2da; ubi ostendimus voluntatem peccare, si positive conformetur conscientiae invincibiliter erranti. 3tia pars probatur, quia conscientia invincibiliter errans ab homine non potest, aut certe non debet deponi; ergo debet voluntas vel contra illam facere, quod est malum; vel debet positive secundum illam facere, ergo non peccat voluntas secundum illam operando, quia alioquin sine ulla sua culpa necessitaretur ad peccandum singulis [illegible] ex hypothesi, quod est absurdissimum.

Conclusio 6ta. Aliquando gravius est peccatum agere secundum conscientiam invincibiliter errantem, quam agere contra illam: aliquando gravius est agere contra illam, quam secundum illam. Suarez, Azorius, Azo, Vasquez [illegible] nam si v.g. conscientia invincibiliter errans dictet homini, mentiri leve mendacium ad conservandam vitam alterius, quae a latrone [illegible] ille gravius peccabit, si faciendo contra conscientiam non mentiatur, quam si faciendo contra conscientiam mentiatur; si enim mentiatur, peccabit venialiter; si non mentiatur, committet homicidium mortale.
Econtra si eadem conscientia dictet homini fore veniale peccatum, nisi aurum alterius furetur, ut inde eleemosinam det, tunc si furetur secundum conscientiam peccabit mortaliter, si non furetur peccabit tantum veniale.

Conclusio 7ma. Conscientia errans aliquando arctius obligat, quam praeceptum superioris ei oppositum; aliquando arctius obligat praeceptum superioris, quam conscientia errans, ita scilicet ut majus sit peccatum contra illud operari, quam contra istam; et e converso. Neque hic potest certa regula statui, sed juxta materiam subjectam dijudicandum est. Ita Vasquez dubio 63 c. 1.

Arguitur 1mo. Si voluntas contra errantem conscientiam agens, adeoque ab illa dissentiens peccat, non peccabit, si eidem concordet; nam quae fugit dissensum ab illa, eo fugit dissensum omnino, ergo fugit peccatum, et est honesta operatio: sed quae concordat conscientiae erranti, fugit dissensum: ergo.

R. cum honeste operari, per dissensionem aut difformiter ad conscientiam fugit (id quantumcunque sit) nimis prudenti & honestiori cuivis non fugere a boni pati genere sit optimum, attamen eius fuga a pato e fugas: nam sæpe dum quis fugit a bono malo, incidit in aliud extremum juxta illud: Stulti dum vitant vitia, in contraria currunt. Quare solum eas quas dictat prudentia, quae in praesenti casu non praescribit, ut concordando cum errante conscientia evitemus dissensionem, sed ut bene sit, & concordiam fugiamus, abjiciendo errorem, quem cognito, quod vincibilis liber ac voluntarius est, pro arbitrio deponi potest a nobis.

Arguitur 2do. si durante errore vincibili voluntas obligat[ur] eligendo penal[iter], sequitur illam eo casu, ita fore perplexam, ut necessario peccet.

R. Ex hypothesi durantis vincibilis & voluntarii erroris, fore voluntatem perplexam tantum in sensu composito necessario peccet, non tamen fore perplexam absolute, & in sensu diviso, atque adeo non necessario peccaturam: Etenim assensus, seu ignorantia voluntaria est libera & voluntaria, & nequaquam necessaria. Vasq. disp. 60. n. 6. Sanch. cit. n. 12.

Arguitur 3tio communiter dicunt theologi, conscientiam vincibiliter errantem, non quidem obligandi, sed tamen ligandi vim habere: ad quid ergo ligabit voluntatem, nisi ut illi conformis sit, aut difformis?

R. imo juxta aliquos, conscientiam vincibiliter errantem & ligare, & obligare, non quidem Positive, ut scilicet ipsam sequamur, sed Negative, id est, ut contra eam non agamus. Vasq. cit. c. 2.

R. 3tio

Pro 2do. quod obligat aliquis utrum ligat vel obligat conscientia errans, venimus [illegible] dari, illam veram et proprie legem, neque obligare, neque ligare voluntatem, hic ad concordandum cum illa sive ad dissordandum: quia cum, utrum faciat, peccat voluntas, male videtur posse ausi[illegible] servare, quod ad alterutrum tamen conscientia obligat. Notandum vero dicitur vere et proprie conscientiam nimirum errantem non obligare; non sunt ipsa e prudentia fucata et aequivoce dicta, ut alios pietas [illegible]: revera autem imprudentia, ita est fucatam et simulatam injicit obligationem, ut patet in haereticis. Interim tamen negamus voluntatem obligari ob hoc quod discordet, vel concordet errandi conscientiae, quod dicimus, hanc obligationem non tam obsequi conscientia, quam dictamini synteresis, vel etiam praecepto speciali virtutis omnis, circa quam ostendit error voluntas versatur. Quaestio 4. Utrum actus moralis, ut sit bonus, debeat esse conformis vel difformis conscientiae dubiae.

Quaestio 4ta.

Utrum actus moralis, ut sit bonus, debeat esse conformis vel difformis conscientiae dubiae.

Notandum 1mo. dubium proprie dictum non est incertam opinionem, vel mentis suspensionem, dum haesitationem intellectus, neutri parti contradictionis assentientis, sive, quod ex neutra parte ulla veritas appareat, sive, quod utrimque paria momenta rationum occurrant, quae animum, ut in aequilibrio suspensum teneant.

Notandum 2do. dubium aliud est speculativum aliud practicum. Speculativum versatur circa [illegible] potius [illegible] [illegible]: Utrum [illegible] [illegible] ad mundi [illegible] potuerit produci: practicum autem in [illegible] [illegible] reperitur: utrum Theologus